

+ SECUNDU +

erat diligeret. quia uero
de mundo non estis. sed ego
elegi uos de mundo. prop
+ terea odit uos mundus.
Memento sermonis mei
quem ego dixi uobis. non
est seruus maior domino suo.
Si me persecuti sunt. & uos
persequentur. si sermonem
meum seruauerunt. &
uestrum seruabunt.
Sed haec omnia facient uo
bis propter nomen meum.
Quia nesciunt eum qui misit me.
Si non uenissem & locutus
fuissem eis. peccatum non
haberent. nunc autem excusa
tionem non habent de pec
cato suo.
Qui me odit. & patrem
meum odit.
Si opera non fecissem in eis
quae nemo alius fecit.
peccatum non haberent.
nunc autem & uiderunt
& oderunt. & me & patrem
meum. sed ut impleatur
sermo qui in lege eorum
scriptus est. quia odio
me habuerunt gratis.
+ Cum autem uenerit paracle
tus quem ego mittam uobis
a patre. spm ueritatis
qui a patre procedit. ille testi
monium perhibebit de me.
& uos testimonium perhi
betis. quia ab initio mecum
estis. haec locutus sum uob
ut non scandalizemini absq.
synagogis facient uos.
Sed uenit hora. ut omnis qui
interficit uos. arbitretur
obsequium se praestare deo.
& haec facient uobis. quia
non nouerunt patrem. neq.
me. sed haec locutus sum uob
ut cum uenerit hora eorum.
reminiscamini. quia ego dixi uob.
+ Haec autem uobis ab initio non
dixi. quia uobiscum eram.
+ Nunc uero ado ad eum qui me
misit. & nemo ex uobis inter
rogat me quo uadis. sed
quia haec locutus sum uobis.
tristitia impleuit cor uestru
sed ego ueritatem dico uobis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
The J. Paul Getty Museum, Los Angeles, Ms. Ludwig II 1
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/getty_msludwigII1/0304